Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



136

Erubescant & conturbentur in seculum seculi: & confundantur & pereant ⁊ Et cognoscant quia nomen tibi dns tu solus altissimus in omnem terram ⁊

IN FINE PROTORCULARIBUS FILIIS CHORE PSALMUS ⁊ Vox eccle dm uehementer desideramus beatum esse pfitemur cui dns prestat auxilium ⁊

QUAM DILECTA TABERNACULA TUA DNE UIRTUTUM CONCUPISCIT & DEFICIT ANIMA MEA IN ATRIA DNI ⁊ Cor meum & caro mea exultauerunt in dm

Omnes enim cognoscant siue admortē distincti seu aduitem omnipotentiam dni quia ipse solus est altissimus, dum ipsum cognouerint et conuersis parcere et obduratos aeterna ultione damnare ⁊

Multi desiderant possessiones alii sceculi huius diuitias, mihi hoc solum desiderium est uidere tabernacula ⁊ Dilecta ubi congregatio uirtutum est nonuirtorum ⁊ Concupiscit anima hoc est solus amor meus ac desiderium ut uideam atria tua ⁊

Pereant secundum hoc quod mali sunt ⁊ et soluetur ineis qd bonum est ⁊ perditio enim haec nonabolitionem sonat sed salutem ⁊

Tres sunt psalmi qui protorculariibus describuntur, idest octauus et octuagesimus atque octuagesimus tertius, significant enim ad scam trinitatem obmysterium ecclesiae pertinere quod trini numeri repetitione sacratum est ⁊ Chore caluum denuntiat locum ubi xps crucifixus est, et ideo filii chore xpiani uocantur ⁊

Hic aduertendum est quantu uir iste sēnuce fuerit predicatus ut non solum eius animae uerum etiam caro quae plus preuaricationis uitio probat obnoxia in exultatione di felici sorte proruperit ⁊ preuidens bona futuri scti quae confidebat se gratia xpi ad ipisci ⁊